



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || S<sup>v</sup>sonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De quibusdam afflictis hominibus, singulari fide Ministro deuinctis. Capvt  
XLV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

culum nemo aduerterebat. Tandem vbi ad se redierunt, Deique potentiam in illius vini augmentatione perspicue depræhenderunt, laudabant Deum, & id miraculi sanctitati Ministri assignare volebant. Quod ille nulla ratione ferens, ait: Non est filij, quod me huius rei authorem putetis: sed omnipotens Deus casta hanc hominum sodalitatem pro ipsorum piæ fide & corporali & spirituali potu recreavit.

*De quibusdam afflictis hominibus singulari fide  
Ministro deuinctis.*

CAPUT XLV.

Erant in urbe quadam duæ haud medicis sanctitatis personæ, Minister familiares, quæ tamen secundum spiritum diversa admodum ratione traherentur. Altera erat celebris apud homines existimationis, diuinæq; affluebat suauitate. Altera nullius erat nominis Deusque perpetuis eam exercebat afflictionibus. Vtraque autem mortua, nosse cupiebat Minister quam dispar earū esset præmium in illa futura vita, quandoquidem tam dissimili hic vixissent modo. Itaq; mariæ cuiusdam diei apparuit ei illa celebris opinionis, dixitq; se etiamuum in purgatorijs retineri locis. Illo interrogante, quid fieri posset: Respondebat se nullam aliam ob culpam id perpetrati, quam quod ex illa sui existimatione quedam eius animo spiritualis superbia obrepississet, cui non satis celeriter restiterat: at tamen poenam eius breui finiendam. Altera quæ hic abiecta & de-

R<sub>e</sub> pressa

pressa fuerat, sine medio euolauit ad Deum  
sa quoque Ministri genitrix toto vite suæ  
pore grauissimis laborauit afflictionibus  
quod accidit ex diuersa illa viuendi ratione

**Parentes Suos quales** quatum ipsa, tum eius maritus vtebatur. In  
quidem Deo plena erat, opribatque omnes  
secundum Deum viuere. Porro maritus  
plenus erat Mundo, & durè illi resistebat in  
tum cruces oriebantur. Consuetudinem

**Consuetudo  
marris eius  
in afflictioni-  
bus superadis** fecerat, matrona illa, omnes suas perpessas  
in Christi passionem demergendi, atque ita  
superabat. Narrauit Ministro filio suo an-

bitum suum, triginta annis nunquam se Mi-  
facro interfuisse, quin ex intima compassione  
erga Christi cruciatus & matrem eius con-  
lentissimam acerbè flerer. Ait etiam se ex im-  
menso aduersus Deum amore quandoq[ue] mu-  
bum incidisse, & duodecim hebdomadib[us]  
et decubuisse tam flagranti in Deum dedic-  
rio, vt id etiam medici deprehenderent, sed

**Desiderium  
eiudem erga  
Deum flagia-  
tissimum.** de ædificaretur. Aliquando subineuntem que-  
dragesimam ad templum quoddam abiit, ut  
Christi de cruce depositio exsculptis figura-

altari quodam expressa erat. Coram his im-  
ginibus sensibili quodam modo non nihil pe-  
cepit acerbissimi doloris illius, quem percussa  
virgo mater sub cruce. Atque ex hac angu-  
lia hæc mulier præ condolentia tantos senti-  
dolores, vt cor illius propemodum crepare  
adde, vt præfectu in terram collabens, ne  
videret quicquam, nec diceret. Sic igitur ob-

**Excedit evita  
pia matrona.** mum relata, in lecto suo iacuit tacita usque in  
sanctam Paralceuen, qua die cum Passionis  
templo caneretur, circa horam nonam expe-  
tauit

tauit. **E**o tempore Minister filius eius studij causa Colonię degebat: cui mater in visu appa-  
rens cum ingenti gaudio dixit: Quæso fili mi,  
dilige omnipotentem Deum, certus quod nū-  
quam ille te deseret et qualibet aduersitate labo-  
rantem. En ego ex hoc migraui seculo, nec ta-  
men mortua sum, sed perenniter viuam apud  
Deum: blandeby filium exosculans, & ei ex ani-  
mo benedicens, ab eius oculis euanuit. Ille in  
lachrymas solutus, clamauit post eam, dicens:  
**O** sancta & fidissima mater mea, sis mihi fidelis  
apud Dominum: atque ita flens & ingemiscens,  
sibi est restitutus. Tempore inuenturis suæ cum  
studendi gratia alio proficisci cogeretur, Deo  
procurante, religiosus admodum & fidus ipsi  
quandoque obtigit sodalis. Is quodam tempo-  
recum de Deo plurimum essent collocuti, se-  
cretò per mutuam fidem Ministrum orauit, ut  
salutiferum Iesu nomen in ipsis pectora ex-  
aratum sibi demonstraret. Sed hoc ille recusa-  
bat. Tandem illius ingenti animaduersa de-  
votione, fecit ei satis, detectaque ad pectus ve-  
ste, preciosum illud cordis monile, quantum  
vellet, ei inspicere permisit. At ille hoc mini-  
mè contentus, cùm satis idem nomen esset cō-  
templatus in eius cordis medio perspicue ex-  
sculptum, etiam manum faciemque eo appli-  
cavit, admotoque ad ipsum ore, cœpit lachry-  
mari acriter præ deuotione, ita ut decidentes  
lachrymæ per Ministri pectus dimanarent:  
Dinceps adeò id nomen Minister habuit recō-  
menditum, ut eius vidēdi nulli vñquā potesta-  
tem fecerit, nisi vni duntaxat singulari Dei a-  
mico, cui id De° videte permisserat. Ille simili-

Rr a a

ac iste, detractione id contemplatus est. Cum  
tem duo isti consolades multis annis spiritu  
essent vsi familiaritate & amicitia, iamque  
inuicem discedere deberent, vicissim sibi en  
nim valedicentes, hoc inter se pactum in  
runt, ut qui prior obiijsser, pro illo alter exfra  
terna amicitia anno uno singulis hebdomadis  
bus duas Missas diceret, alteram feria secunda  
de defunctis, alteram sexta feria de Domini  
passione. Post multos annos defunctus est Mi  
nistris sodalis, & quia iam oblitus erat Minister  
datæ fidei de persoluendis Missis, non leguerat  
at nihilominus fidelem illius egit memoriam.  
Sedente igitur illo manè quodam in suo fac  
to quasi in mentis excessu, sodalis eius per  
sum ad eum venit, voceque lamentabili dixit  
proh infidelitatē tuā frater: Ehēt quā me  
oblitus es. Dicente illo, quod ipsius in suis Mis  
sis quotidie esset memor, alius respondit id no  
sufficere, sed debere eum Missarum debitum per  
soluere, ut sanguis Christi innoxius in purgato  
rium descendens, ipsius dicta extingueret in  
cendia: ita fore, ut breui ex purgatorijs locis  
duceretur. Fecit id Minister fide integerrima, &  
ingenti ob suam obliuionem dolore: atq[ue] pro  
pediem alius è pœnis liber euolauit.

*Vt Christus sub figura Seraphim Minister apparent  
pati eum docuerit.*

### CAPUT XXXVI.

**C**onuertit sese aliquando Minister ad Deum  
cum per quam serio, orans ut ipsum pati  
doceat,